

Band VIII., Nr. 2867, Seite 163-164

Amman, Richter und Gemeinde von Giengen bearkunden einen Vergleich ihrer Stadt mit Propst und Konvent von Herbrechtingen.

Giengen, 1279. Februar 4.

In nomine domini. Amen. Nos Waltherus dictus Leo¹ minister in Giengen, iudices totaque universitas eiusdem civitatis profite² presentibus et recognoscimus et ad singulorum notitiam, quibus presentes exhibite fuerint, cupimus pervenire, quod inter venerabiles³ dominum H(einricum) prepositum in Herbrechtingen⁴ et suum conventum ex una et nos videlicet cives et universitatem predictam in⁵ Giengen ex parte altera super rancore seu discordia ex violentiis a nobis eisdem reverendis viris in bonis et hominibus ipsorum in Herbrechtingen illatis mediantibus prudentibus viris et discretis pro earumdem violentiarum emenda talis compositio amicabilis ordinaliter intercessit, videlicet quod si quando inter nos et ipsorum advocatum seu advocatos aliqua lis seu contentio processu temporis exorta fuerit aut habita, quemadmodum ipsos de iure communi pro ipsorum advocatis a qualibet offensione et molestia scimus et fatemur eximendos, ita et hac nostra speciali pactione ipsos in bonis seu hominibus ipsorum debitis et servitiis ac aliis iuribus eisdem astrictos occasione huiusmodi litis nec debemus nec volumus aequaliter pregravare, cum nec ipsi nec aliqui religiosorum pro ipsorum advocatis nullo iure obnoxii teneantur. Domum quoque ipsorum propriam si quam ex donatione aut emptione aut quovis alio iure infra septa muri aut extra muros nostre civitatis locatam habere ceperint, ab omni steura seu aliis exactionibus liberam esse volumus integraliter et absolutam. Preterea res ipsorum, videlicet fruges vinum et alias res, quas in civitatem nostram utilitatis sue causa induxerint aut evexerint, ab omni exactione thelonei, quod vulgariter ungelt dicitur, et aliis exactionibus nobis pertinentibus exoneramus plenam ipsis easdem res inducendi libere et educendi perpetualiter presentibus dantes facultatem, omnes predictas libertates ipsis presenti scripto perpetuas esse profitentes. Ne igitur huiusmodi titulus libertatis aliquorum inprobitate in posterum infirmari valeat aut aliquam calumpniam patiatu^r,

¹*Lewe.*

²*profitemur.*

³*venerabiles.*

⁴*Herbrechtingen.*

⁵*in.*

II

presentes sigillis⁶ venerabilium in Christo domini Hartmanni abbatis in Ahusen, fratris Friderici dicti de Gingen⁷ commendatoris domus Theotunice in Ulma et nostre civitatis sigillo petivimus et voluimus roborari. Testes huius tractatus sunt: dominus Hainricus de Riehte^{8,9} et C.¹⁰ patruelis eiusdem canonici in Herbrehtingen, magister C. plebanus in Nandeshusen^{11,12}, dominus C. de Althain, Ūl[ricus]¹³ de Dilingen¹⁴ milites, C. dictus Ulmar minister in Hurwin,¹⁵ C(ûnradius) dictus minister Stöbe,¹⁶ . . senior Leo, Bertholdus Bache,¹⁷ Waltherus dictus Truttar,¹⁸ Albertus Schoppe,¹⁹ H. cantor et C. frater suus, Marquardus dictus Bruwe²⁰ et C. Winman cives in Giengen ac alii quam plures fide digni ad hoc vocati testes et rogati.

 Datum et actum in Giengen, anno domini MCCLXXVIII., pridie nonas Februarii, indictione septima.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Exemplare. An A 3, an B ein abhängig befestigt gewesenes Siegel abgegangen.

⁶ *sigillo nostre civitatis in Giengen duximus fideliter communicari.*

⁷ Gingen an der Fils oder Gingen an der Brenz.

⁸ Vermutlich Rieden an der Kötz.

⁹ *Rieth.*

¹⁰ C. fehlt.

¹¹ Laut GUSTAV BOSSERT: Topographisches. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte N.F. 13 (1904), S. 338-340, S. 339 Landshausen, nicht Anhausen.

¹² *Nanshusen.*

¹³ *Uolr.*

¹⁴ *Dylgen.*

¹⁵ Dieser Zeuge fehlt.

¹⁶ *Cuonr. dictus Steube.*

¹⁷ *Berh. Bachhe.*

¹⁸ *Truther.*

¹⁹ *Shop.*

²⁰ *Briwe.*

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 488 U 82 und U 83

Überlieferung und Textkritik:

Zwei Exemplare, dabei ein Pergamentvidimus von 1450: HStA Stuttgart A 488 U 84. Vidimus von 1523 in Kopie: HStA Stuttgart A 488 Bü 2, S. 33 ff.

Editionen:

MICHAEL KUEN (HRSG.) : Collectio scriptorum rerum historico-monastico-ecclesiasticarum variorum religiosorum ordinum, 6 Bde., Ulm 1755-68, Bd. 4, S. 224. Schmid: Mediatisierte Reichsstädte, S. 82.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Giengen

Ortsindex:

Anhausen, Ederheim, DON
 Dillingen an der Donau, DLG
 Giengen an der Brenz Wohnplatz (4068)
 Giengen an der Brenz, HDH
 Gingen an der Fils Wohnplatz (715)
 Gingen an der Fils, GP
 Herbrechtingen Wohnplatz (4101)
 Herbrechtingen, HDH
 Hohenthalheim, DON
 Hürben Wohnplatz (4070)
 Hürben, Giengen an der Brenz, HDH
 Landshausen, Syrgenstein, DLG
 Rieden an der Kötz, Ichenhausen, GZ
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)